# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Scriptura sacra a
### cum uariis

Tanta est Christianarum profunditas litterarum ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte puericia usque ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. In quibus, inquit, latet altitudo sapiencie ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptura quodam loco habeat: Cum consummauerit homo tunc incipiat.

Augustinus II. epistola ad Volusianum.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

est] si *add.* (*del. sub lin.*) B; Christianarum] Christianorum P $V^1$; puericia] preuicia M; conarer] conater M; inquit *om.* $V^2$ $L^1$ $L^2$; annosissimis] annouissimis M, a notissimis $V^2$ $L^1$ $L^2$; flagrantissimis] flagrantissimisque $V^2$ $L^1$ $L^2$; incipiat] incipit $V^2$ $L^1$ $L^2$